Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8139
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

V 1. 76
162
(6)

VENIT NUPER AD Incipit prefacio sancti Ysidori episcopi.
manus meas quedam scedula ciceronis quam synonimam uocant.
cuius formula persuasit animo quoddam lamentum mihi uel miseris condere.
imitatus profecto non eius eloquium, sed meum uotum. Quisquis ergo ille es libenter
id perlege. et dum aduersitatibus huius mundi tangeris, te ipsum censo
rio iudicio discute. et statim agnoscas quia quecumque aduersa pate
ris in hoc seculo, retributione uel iustissima inferuntur. Duorum autem persone
consolantis. hic inducuntur. hominis et rationis, deflentis hominis et rationis.
mea ANIMA IN ANGUSTIIS Incipit liber I Soliloquiorum sancti Ysidori.
est. spiritus meus estuat. cor meum fluctuat, angustia animi possidet
me. angustia animi affligit me. Circumdatus sum enim malis.
circumseptus erumnis. circumclusus aduersis, obsitus miseriis. opertus infe
licitate. oppressus angustiis. Non reperio usquam tanti mali perfugium.
tanti doloris non inuenio argumentum, euadende calamitatis indicium non
comprehendo. minuendi dolores argumenta non colligo. effugiendi fune
me ris uestigium non inuenio. Ubique infelicitas mea persequitur. domi forisque
me calamitas mea non deserit. ubicumque fugero mala mea me inse
cuntur. Ubicumque me conuertero malorum meorum me umbra comitatur. ue
lut umbram corporis sic mala mea fugere non possum. Ego ille homo
ignoti hominis. homo obscure opinionis. homo infimi generis.
cognitus per me tantum. cognitus tantum mihi. Nulli umquam malefeci. nulli
calumniatus sum. nulli aduersus extiti. nulli molestiam intuli. nulli
inquietus fui. sine ulla querela apud omnes uixi. uitam meam omnes lede
re nituntur. omnes contra me frendent atque insaniunt. Conserta manu
Exitium in me pericula ingerunt. ad ~~[struck]~~ me pertrahunt. ad pericula me adi
adducunt. cunt. ad discrimen uocant meam salutem, protectionem nullus prebet. nullus
defensionem adhibet. nullus adminiculum subtribuit. nullus malis
meis succurrit. desertus sum ab hominibus. Quicumque me aspiciunt,
aut fugiunt. aut fortasse me persecuntur. Intuentur me quasi infeli
cem nescio quem. locuntur mihi dolum uerbis pacificis. Occultam mali
ciam blandis sermonibus ornant. aliud ore promunt. aliud corde uo
lutant. opere destruunt quod sermone promittunt. Sub pietatis habi
tu animo uenenato incedunt. uelant malicias fuco bonitatis.
Calliditatem simplicitate occultant. amicitiam dolo simulant. osten